507 imp. Caes. | M. Iul. Philippo | P. F. invicto Aug. | pont. maximo | Parthico maximo[1], | trib. potest., cos.[2], | p. p., procos., et | M. Iul. Ph[*i*-*l*]i[*pp*]o | nobilis[*si*]mo Ca[*es.* | *et M*]ar[*ciae*] Otaci[*l*]iae | Severae sanctissimae Aug., | coniugi Aug. n., matri | castrorum et exercitus, | leg. II Adi. [*P.*] F. | Philippiana[3] devota | num[*ini m*]aiestati|[*que eorum*].

Prope Alt-Ofen (Aquincum) rep., est Pestini in museo (Eph. ep. 2, 758). — 1) *Cf. ad N. 506 not. 1.* — 2) *Consul primum processit Philippus a. 245, quo tempore fuit iam tribunicia potestate iterum.* — 3) *Legio secunda Adiutrix pia fidelis stativa habuit Aquinci, cf. Mo. C. III p. 416.*

---

508 Genio imperi | dd. nn.[1] | imp. Caes. M. Iulii Phi|lippi[2] Pii Felicis Aug., trib. | pot. III[2], cos., p. p., et | M. [*Iu*]l. [*Phi*]l[*ippi nobi*]l[*is*|*simi*][1] Caes., totiusque | domus divinae [*eorum*][1] | municipium Iulium | [*Phi*]l[*ip-pianu*]m[1] Abbir | Cellense[3], devotum | numini maiestatiq. | [*eorum*][1] d. d. p. p.

In Africa loco dicto Henchir Naam, ubi fuit Abbir Cella (VIII 814 cf. p. 979). — 1) *Quae punctis notavimus verba ad Philippos spectantia, erasa sunt, sed pleraque legi potuerunt.* — 2) *A. 246.* — 3) Cellensem, *sed ultima littera erasa, lapis.*

---

509 Victoriae sacrum | pro salutem imp. | M. Iulio Philippo Felici[1] | Aug. pont. max., trib. pot. III[2], | cos., p. p., et M. I[*uli*]o [*Phi*]lippo[1] | nobilissimo Caes., principi | iuventutis, et M. Otaciliae Se|vere[1] Aug., matri castrorum, | maiestatique eorum | Aurelius Munatianus evo|catus ex cohorte VI preto|ria p. v. Philippiana[1] agens at | latrunculum[3], cum militi|bus n. XX classis pprr.[4] *(sic)* Rave|natis p. v.[5] Filipporum, devot. [*num.*] | maiestatique eorum. | [*De*]dicatam Presente, | [*Albi*]no cos.[6], VI idus . . . | . . . [*P*]rivatus optio, Aur. Don . . . . | . . . . anus, Iulen. Marce . . . | . . . ius tes.[7], Vibius Pau . . . . | . . . a sic. p., Asin. A (*vel* M) . . . . | . . . [*t*]es.[7], Iuli Iu . . . . . . | . . . . Clemen . . . . | Aur. Eta . . . | . . . . arm.[8], Co . . . . | . . . . [*A*]ur. Ba . .

Rep. in Umbria ad viam Flaminiam prope locum dictum Galleria del Furlo, iam Pisauri (Henzen Mitth. 1887 p. 14). — 1) *Requiritur casus secundus. Quae punctis notavimus, erasa sunt, sed pleraque leguntur.* — 2) *A. 246.* — 3) *Iudice Henzeno Munatianus cum viginti militibus debebat latrones persequi.* — 4) *Requiritur* pr. *(praetoriae).* — 5) *Piae vindicis.* — 6) *Consules sunt anni 246.* — 7) *Tesserarius.* — 8) *Armorum (scilicet custos).*

---

510 imp. Caesar M. Iul. [*Philip*]|pus [*Pius Fe*]lix i[*n*]vi[*c*]tus | [*A*]ug., [*t*]ri. pot. V[1], c[*o*]s. I[*I*]I, [*p. p.,*] | et M. Iul. P[*h*]ilippus [*i*]uni|o[*r*] imp., c[*o*]s., p[*r*]o[*cos., pr*]inceps | iuventutis, filius P[*hilippi*] | Aug., et M. Otacilia Severa | sanctissima Aug. n., [*r*]esti|tutores orbis [*t*]otius, | ob tutelam civit. coloniae suae | Romul. circuitum muri manu | militari a solo fecerunt.

In Dacia ad vicum Rečka, ubi fuit Romula, rep., nunc Bukaresti (Tocilescu arch. ep. Mitth. XI p. 19; III S. 8031). — 1) *A. 248.*

---

archive.org